Sixti. Corneli. Cypri
ani. Laurentii. Gri
sogoni. Iohannis et.
Pauli. Cosme et.
Damiani. et omnium sctorum.
quorum meritis precib
que concedas ut in omnibus.
protectionis tue munia
mur auxilio. Per eundem
xpm dnm nrm. Infra actionem.
Hanc igitur oblationem
servitutis nre. sed
et cuncte familie tue. que
sumus dne ut placatus
accipias. Diesque nros
in tua pace disponas.
atque ab eterna dampnatione
nos eripi. et in electorum tu
orum iubeas grege nume
rari. Per xpm dnm nrm.
Quam oblationem
Quesumus tu deus omnipotens
in omnibus quesumus. hic dicitur
signetur super hostiam et super
calicem. Bene + dictam.
Ascrip + tam. ra + tam.
rationabilem. acceptabi
lemque facere digneris ut no

bis. Cor + pus. Et
san + guis fiat dilecti
ssimi filii tui dni nri ihu
xpi. Hic accipit hostiam.
Qui pridie quam
pateretur accepit
panem in sanctas ac ve
nerabiles manus suas.
et elevatis oculis in celum
ad te deum patrem suum
omnipotentem. tibi gra
tias agens. bene + di
xit. fregit deditque disci
pulis suis dicens. Ac
cipite et manducate ex
hoc omnes.
Hoc est enim corpus
meum. Hic deponit
Simili modo hostiam.
postquam cenatum
est. accipiens et hunc
preclarum calicem in sanc
tas ac venerabiles manus
suas. Item gratias agens.
Bene + dixit. deditque
discipulis suis dicens.
Accipite et bibite ex eo
omnes.

License: cc-by-nc – Melbourne, The University of Melbourne Library, SpC/RB 60C/10, Breviary60c10_verso – Missal (https://fragmentarium.ms/view/page/F-b5mt/7050/57678)